Ecce facio nova et dabo potum populo meo.

Léctio libri Isaíæ prophétæ 43, 16-21

16 Hæc dicit Dóminus,
qui dedit in mari viam
et in aquis torréntibus sémitam;
17 qui edúxit quadrígam et equum,
agmen et robústum;
simul iacuérunt nec resúrgent,
contríti sunt quasi linum et exstíncti sunt.
18 «Ne meminéritis priórum
et antíqua ne intueámini:
19 ecce ego fácio nova,
et nunc oriéntur: nonne cognoscítis ea?
Utique ponam in desérto viam
et in ínvio flúmina.
20 Glorificábit me béstia agri,
dracónes et struthiónes,
quia dedi in desérto aquas,
flúmina in ínvio,
ut darem potum pópulo meo, elécto meo.
21 Pópulum istum formávi mihi;
laudem meam narrábunt».

Verbum Dómini.